9L.J

JVSTI GEORGII HEVSERI
J. V. Doct.
TRACTATIO
DE
EO QVOD JVSTVM EST CIRCA JVS GLANDIS LEGENDÆ:

oder

Was Rechtens iſt bey der Eichel-Leſe.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

JENÆ,
SVMTIBVS CHRIST. FRANCISC. BVCHII,
A. M DCC XXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. D. B. V.

§. I.

Ex quo utiliſſimum argumentum *de Jure glandis legendæ* diſſertationis inauguralis loco elaborandum ſuſcepi, non ingratum fore opinor, ea, quæ ad vocum in rubro obviarum intelligentiam aliquid facere videntur, rei tractationi præmittere, ne forte, cum res ipſæ conſiderandæ veniunt, in verbis cœcutiamus. Suadet

Onomatologia thematis.

A hoc

Digitized by Google

hoc idem JCtus PAVLVS *in L. 1. pr. de R. C. E re enim eſt, inquit, prius, quam ad verborum interpretationem perveniamus, pauca de ſignificatione ipſius Tituli referre.*

§. II.

Vox Juris quomodo accipitur.

Quod igitur ad JVRIS vocabulum attinet, ambiguum illud eſſe, variasque admittere ſignificationes, vel iis haud ignotum eſſe debet, qui Jurisprudentiam noſtram primis tantum, ut ajunt, labris deguſtarunt, GROTIVS *de J. B. & P. c. 1. §. 3. ſeqq.* Nobis hoc loco idem eſt, quod *facultas moralis ad aliquid licite agendum vel habendum.*

§. III.

Vox glandis accipitur 1. generaliter

Vox *Glandis* Germ. Eichel, & alia dialecto Eckern, ſumitur vel generaliter vel ſpecialiter. In generaliori ſenſu ejus appellatione *omnis fructus* continetur, *L. 236. §. 1. d. V. S.* uti in LL. XII. Tabb. *Glandem in alienum fundum procidentem colligere fas eſto.*

eſto. PLINIVS *Lib. 16. c. 5.* nec non in *L. 1. ff. de gland. leg.* ibi: *ne fieret vis ei, qui tertio quoque die glandem, quæ ex fundo ſuo in agrum alterius caderet, legere & auferre velit.* Hæc loca interpretatur CAJVS *cit. L. 236. §. 1. d. V. S.* oſtendens, tam in hac lege, quam Prætoris Edicto, contineri omnem omnino fructum, non ſolum quod eadem ratio in cæteris pomis & balanis ſit, verum etiam quod tam apud Veteres Græcos, quam Latinos, id receptum, ut glandis nomine deſignaretur omnis fructus, in memoriam ejus, quod parca & frugalis antiquitas in omni ciborum genere glande uſa eſt, ſicuti teſtatur VIRGILIVS 3. *Georg:*

Liber & alma Ceres veſtro ſine numine tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta

TIBVLLVS:

O valeant fruges, ne ſint modo rure puellæ;
Glans alat & priſco more bibantur aquæ
Glans aluit veteres &c.

AVSONIVS:

Olim communis pecori cibus atque hominibus glans
Ante quidem campus quam ſpicea ſuppeteret frux.

Et quamvis poſtea alii fructus ſucceſſerint, noluerunt tamen Decemviri hujus priſci & parci victus certum argumentum interire & in hujus memoriam glandem hoc potiſſimum (ut SCHARDIVS loquitur) honore donarunt, ut eo nomine omnes fructus intelligerentur.

§. IV.

Et ſic accip. in actione de paſtu glandis &c.

Hinc, ubi Lege datur actio de paſtu glandis, & de glande exhibenda, intelligimus id in omni fructuum genere obſervari oportere, ſive poma ſint, ſive fruges & frumenta, ut *d. L. unic. d. gland. leg. L. 9. ad exhib. L. f. Cod. ad L. Aquil. &c.*

§. V.

Etiam hodie.

Et hodie quoque hunc glandis ſignificatum adhuc obtinere confirmat *Noë* MEVRER

im

Digitized by Google

im Jagd-und Forſt-Recht: *P. 2. Tit.* Ob die Eicheln Frucht ꝛc. ibi: Fürs letzte iſt bey dem Wort Eicheln, latine Glans, zu vermercken, daß die Rechte durch ſolche Worte verſtehen alle andere Früchte. Was derohalben von Eicheln diß theils geſagt, ſoll verſtanden werden von Bucheckern, Keſten, Nüſſen, Wild-Aepfeln und Bieren, allerley Bieren und allen andern Wald-und wilden Früchten.

§. VI.

Specialiter vox Glandis accepta, denotat *fructus arborum*, e quercu ſcilicet, robore, eſculo, ilice, fago, ſubore &c. provenientes; Germ. Obſt; idque exemplo græci ſermonis, apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur, *L. 236. d. Verb. ſign.* *2. ſpecialiter*

§. VII.

In quibusdam locis vox Glandis ſpecialiſſime pro balanis & glandibus fagineis (von Eicheln und Buch-Eckern) ſumitur; Marggräfl. Brandenburgl. Wald-Ordnung *3. ſpecialiſſime.*

 auf

auf dem Gebürge Tit. 55. & poma ſylveſtria ſub ſe non comprehendit. Tit. 58.

§. VIII.

Quid glandes caducæ ſint.

Glandes ſua natura omnes ſunt caducæ h. e. caſum minantes, quia niſi mature decerpantur & colligantur, decidunt, vermiumque ictu caducæ fiunt. Vocantur autem glandes caducæ in *L. 30. §. 4. ff. d. V. S. quæ ex arbore ceciderunt.* Ergo non a potentia ſecundum quorundam DD. opinionem, ſed ipſo caducitatis actu definiendæ erunt. a. c. *L. 30. §. 4. ff. d. V. S.* Hæc quoque ratio eſſe poteſt, quod uſufructuarius glandis caducæ, non omnium fructuum, qui caduci fieri poſſunt, ſed eorum ſaltem, qui ceciderunt, collectionem habeat, quam diſpoſitionem nonnulli ex *L. 13. ff. Quib. mod. uſusfr. amitt.* evincere contendunt. Porro circa glandem caducam obſervandum eſt, illam non cedere fructuario ſylvæ cæduæ, in qua arbores glandiferæ erunt, ſed regulariter proprietario, niſi aliud actum ſit, *L. 80.*

§. 3.

§. 3. *d. contrah. emt.* Nec minus dubium eſt, quin in paſtum quoque cedere poſſit, uti Fac. Jurid. Marpurg. M. Febr. 1608. reſpondit.

§. IX.

Reſtat adhuc, ut quid ſibi velit vocabulum *τὸ legere*, quod in themate hujus diſſertationis occurrit, ea qua fieri poteſt brevitate explicemus, & hoc facto tandem ad rem ipſam progrediamur. Verbum LEGERE. h. l. idem denotat ac colligere, **leſen, ſammlen**, in quo ſenſu & VIRGILIVS eo uſus eſt. *Eclog. III.* *Significat. voc. legere.*

Qui legitis flores & humi naſcentia fraga.

Alias idem ſignificat, quod eligere, ut legere milites, CICERO *Ep. 12. L. 8.* Legere Senatum, **einen neuen Rath wehlen**, LIV. *40. 51.* *Porro* clam vel furto quid auferre; unde & Sacrilegii appellatio eſt, quo reſpiciens HORATIVS *L. I. Sat. III. v. 117.* ait:

Et qui nocturnus Divum ſacra legerit

Unde & legere alicujus ſermonem, idem eſt, ac furtim auſcultando arripere, PLAVTVS *act. I. ſc. 2. v. 20. &c.*

§. 10.

§. X.

Definitio real. them.

Cum vero rebus magis quam verbis, *ut loquitur* BALDVS *ad. L. Quoniam. C. d. teſtam.*, curam adhibere debeamus, hæc, quæ circa vocabulorum varias ſignificationes notavimus, ſufficiant; præſertim, cum facile nunc intelligi poſſit, quid nomine *Juris glandis legendæ* veniat? Eſt nimirum illud in generaliori ſenſu *facultas colligendi fructus omnis generis.* In ſignificatu autem ſtrictiori denotat *facultatem colligendi fructus ex arboribus provenientes.*

§. XI.

Cui Jus gl. leg. regul. competat.

Quum domino fundi regulariter jus competat omnes fructus ex fundo provenientes percipiendi, *L. 25. pr. de uſur.* L. 2. *&* L. *6. de A. R. D.* quoniam fructus acceſſionum nomine veniunt, *L. 44. de R. V.* quæ ſemper ſuum ſequuntur principale, *L. 76. de judic.* Prona inde fluit conſequentia, quod ordinarie domino hæc glandis legendæ facultas ſit adſcribenda. A genere enim ad ſpeciem tuto concludere licet.

§. XII.

In re igitur propria regulariter jus illud glandis legendæ locum invenit. Cum vero nihil obſtat, quo minus in alterius utilitatem varia circa rem noſtram jura in alium transcribamus; facile nunc erit intellectu, cur & is, qui fundi dominus non eſt, in eo nihilominus jure glandis legendæ gaudere poſſit? *Etiam in aliena.*

§. XIII.

Et in hoc caſu jus glandis legendæ ſervitutis naturam induit, adeoque omnia admittit prædicata, quæ de ſervitutibus in Jure noſtro nobis traduntur. Quæ, cum inter vivos & ultima voluntate conſtituantur, §. *fin. J. d. ſervit.* & quidem variis modis, HEINECC. *El. Jur.* §. *396.*, ita eadem ratione jus glandis legendæ conſtitui poſſe, nulla eſt dubitandi ratio. *Per modum ſervitutis,*

§. XIV.

Inter vivos acquiritur *pactis*, *arg.* §. *fin. J. d. ſerv. ſtipulationibus*, *arg.* L. 19. L. 33. *d. S.* *Quibus modis conſtituatur inter vivos.*

d. S. P. R. L. *72. pr. de V. O. Emtione, arg.* L. *12. Comm. Præd.* L. *ult. d. ſerv.* L. *4.* L. *23.* §. *2. de S. P. R. pignore*, L. *12.* L. *9.* §. *1. d. Pignor.* aliisque contractibus tam nominatis quam innominatis, L. *16. d. præſcr. verb.* nec minus *præſcriptione*, *arg.* L. *28. d. V. S.* & quidem *Longi* temporis, ſi b. f. & juſtus titulus concurrunt, L. *f. in fin. C. d. long. Temp. præſcr. Longiſſimi* vero, ſi tantum b. f. adſit, ſine titulo, L. *8.* §. *1. C. d. Præſcr. 30. l. 40. ann.* Malæ fidei Poſſeſſor nec longiſſimo tempore præſcribit, ſed tantum exceptione illius præſcriptionis in quaſi poſſeſſione defenditur, *arg. d. t.* L. *8.* §. *1.*

§. XV.

ult. volunt. Quando ultima voluntate jus glandis legendæ acquiritur, veluti teſtamentis, codicillis &c. v. *tot. tit. d. ſerv. leg.* traditione opus non eſt, ſed ſtatim a morte teſtatoris ipſo jure, etiam ignoranti acquiritur, *arg.* L. *19.* §. *1. in fin.* L. *80. d. leg. 2.* L. *64. in f. d. leg.*

§. XVI.

§. XVI.

Utroque modo, pactis ſc. & ult. voluntate hoc jus conſtitutum, vel pure, vel ſub conditione, vel ex die, vel in diem promittitur & conſtituitur *arg. L. 4. de ſerv. L. 98. d. V. O.*

Quomodo promitti poſſit.

§. XVII.

Quibus præmiſſis, clarum nunc eſt atque perſpicuum, quod, ſi quis in re aliena hoc jus exercere contendat, illud vel ex ſpeciali conventione ſibi competere, vel mediante præſcriptione acquiſiviſſe, vel ex loci conſuetudine (de qua infra) ad ſe ſpectare, vel denique ultima voluntate ſibi eſſe conceſſum, oſtendere debeat.

Quid probare debeat, ſi in re aliena ſibi competere affirmat.

§. XVIII.

Præterea, cum LL. Civiles ſpeciatim hac de re nihil diſpoſuerint, jura conſuetudinaria & ſtatutaria in hoc articulo maxime erunt attendenda. ANDREAS OLDENBURGER *in Tr. de quatuor Element. Jurid. Tit. 5. de Terra. §. 449.* Ita Sereniſſimus Bavariæ

Jura particularia h. l. ſunt attendenda.

Digitized by Google

Elector conſtituit: Auf denen gemeinen Höltzern und eigenen Wißmaden, ſolte denenjenigen, **denen ſie zugehören und deſſen von alters her im Gebrauch geweſen, das Eichel poſſen und klauben** unverwehret ſeyn ꝛc. doch dabey gute Obacht haben ſoll, daß man die Eicheln, ehe ſie recht zeitig, nicht poſſen noch ſchlagen laſſe. conf. Des Fürſtenthums Ober-und Nieder-Bayern Jagd-und Forſt-Ordnung *art. 8.* quam exhibet FRITSCH *in Corp. Jur. For. part. 3. p. 89.* & KHRAISSERVS *in Jure Foreſti Romano-Bavarico ad d. art.* Pariformiter in Ducatu Brunswicenſi hac de re ita cautum: Desgleichen jeden Jahrs, wann Maſt vorhanden nach Befindung derſelben, **wie es der Ends, da es hergebracht**, mit Eintreibung der Vaſel zuhalten, zwiſchen des gnädigen Landes-Fürſten Beamten und den Intereſſenten wo möglich gewiſſe Vergleichung getroffen; ſonſten aber, wenn ſie der Sache nicht einig werden können, **es bey je-**

des

des Orts Herkommen und Gebrauch gelaſſen werden ſoll. Land-Tags Abſchied zu Gandersheim §. zum *16.* Et præcipue Illuſtriſſimi Comites Hohenloici hanc in rem ſic loquuntur: Wann ſich fügte, daß wir das Geäckherich in unſern Waldungen ſelbſt beſchlagen, oder jemands andern verkaufen würden, und die Beſitzer oder Beſtänder, ſolcher Gereuth oder Güther, die Eicheln darauf aufleſen oder aufklauben wolten, damit ihr Gereuth nicht herum gewület werden möchte, daß ſie alsdann ein ſolches von uns, oder den unſern, inſonderheit abkauffen, abſtehen, und Erlaubnus zuwegen bringen ꝛc. Jedoch ſollen darunter die Höltzer, ſo unſern Unterthanen zuſtändig, und bishero nicht in unſere Geäckherich-Nutzung gezogen, und mit demſelben verkaufft und hingeliehen; ſondern ſolche ſelbſt beſchlagen oder aufgeleſen und ihnen geſtattet worden, hiemit nicht gemeinet oder verſtanden ſeyn; ſondern dieſelbe bey ihren herge-

brachten alten Gerechtigkeiten gelaſſen werden. v. die Hochgräfl. Hohenloiſche Forſt-Wildbahn- und Holz-Ordnung. *Tit. 10.* §. Als auch hin und wider. & §. Jedoch ſollen. Ejusdem Tenoris eſt des Hertzogthums Würtenbergs Jagd- uud Forſt-Ordnung *Tit.* von Eicheln und Wild-Obſt klauben. In *Ordinatione Foreſtali Haſſo-Caſſellana. Tit.* von der Wald- und Schwein-Maſt. nec minus in *Ord. Foreſt. Stollbergenſi d. A. 1642. Tit. 18.* glandium collectio plane eſt prohibita.

§. XIX.

Cui in dubio J. G. L. competat? DD. non conveniunt.

Res igitur expedita eſt, nulliſque involuta tricis, quando certa conventio, præſcriptio, ultima voluntas, vel loci conſuetudo demonſtrant, cuinam hoc jus ſit aſſignandum? Mira autem eſt DD. varietas, ſi nullum horum requiſitorum doceri poteſt & inter ſe minime conveniunt, ad quem in dubio hæc facultas pertineat? Nonnulli ea ſunt in opinione, quod Foreſti Domino (qui ſc. Jurisdictionem foreſtalem habet) glandis collectio ſit tribuenda; Alii contra adjudicant

Digitized by Google

dicant ei, qui jure venandi gaudet; Alii denique ad ſylvæ proprietarium ipſum ſpectare exiſtimant. Quare ſummus ille JCtus HARPPRECHTUS hanc quæſtionem *ad.* §. *12. & 13. Inſt. d. Rer. Div. n. 276.* nodoſam, & FRIDER. MINDANUS *d. Proceſſ. in Cam. extrah. L. 2. c. 41. n. 2.* ſatis diſputabilem appellare non dubitarunt.

§. XX.

Alii tribuunt Domino jurisdictionis foreſtalis.

Qui glandis collectionem, *Jurisdictionem foreſtalem* habenti, adjudicandam putant, illam tanquam connexum Juris Foreſtalis conſiderant. Et in horum numero ſunt BEYERUS *in Jure Germ. Lib. 2. Cap. 3. d. Jure Foreſti poſ. 10.* HUNNIUS *in Diſp. Jurid. d. Jure Venandi.* §. *5.* CHRISTOPH. FESCHIUS *Tr. de re venatoria Part. Poſteriori th. 2. lit. c.* MEISCHNER. *Tom. I. lib. I. deciſ. 32. n. 6.* JOH. BIDEMBACH. *Quæſt. Nobil. XV.* MYLERUS *ab* Ehrenbach, *de princip. & ſtat. Imp. Part. 2. c. 73.* §. *6.* HEROLD. *Obſerv. foreſt. obſ. 13. num. 8. & obſ. 14. n. 41.* JOH. OETTINGER. *d.*

Jur.

Jur. & Controv. limit. Lib. I. c. 2. Lit. M. ubi ſcribit: daß wenn das Aeckherich d. i. Eicheln, Bucheln und ander Wild-Gräß, zeitig ſey, ſo dörfte man mit dem Vieh, unverlaubt des Forſts-Herrn und ohne Aecker mieth, ſo man dehmen und Dehmengeld nenne, nicht darein fahren. Quorum ſententiam cum reſtrictione quadam confirmat *Reſponſ. Facult. Jurid. Jenenſ. M. Octobr. 1682.* cujus verba ſunt, quod is, qui jus Foreſti habet, in aliena ſylva, ille etiam fructus haberet ſylvæ venatoriæ, quibus feræ paſcantur, hac tamen ſub lege; was nach nothdürftigen Unterhalt des Wildprets überbleibet, das gehöret dem Eigenthums-Herrn, weil er ſonſt ſeines Eigenthums ſchlecht gebeſſert ſeyn würde. Cui accedunt G. MOHR. *p. 2. d. Jur. Ven. c. 3. n. 33.* GRYPHIANDER *Oecon. leg. Lib. I. c. 18. n. 1.*

§. XXI.

Qua opinio dubia.

Verum enim vero, ſi dicendum, quod res eſt, eorum opinio, qua ſimpliciter Dominō foreſti jus glandis legendæ tribuitur, minime

me tutam eſſe, ego quidem crediderim. Nulla etenim legis adeſt diſpoſitio, vi cujus illa vel argumentando poſſet probata dari; Præterea neque ex genere, neque differentia Juris foreſtalis ſpecifica ullo modo erui poteſt, quod facultatem glandis legendæ ſinu ſuo contineat, quoniam, quando proprietati ſylvæ opponitur, *facultatem* tantum denotat *cauſas controverſas ſylveſtres* cognoſcendi easque decidendi.

§. XXII.

Altera DD. cohors, quæ fructus ſylveſtres in dubio *Venatori*, (i. e. cui jus venandi in aliena ſylva competit) adjudicandos eſſe ſibi perſuadet, numeroſior eſt, & in ea agmen fere ducit MARIVS SALOMONIVS *ad L. 1. §. Jur. Natural. num. 1. d. Iuſt. & Jur.* WEHNERVS *in Obſerv. pract. vocab.* Forſt-Recht. CLVDIVS & Berringer *Diſp. de Jure Venandi th. 29. lit. K.* ERNEST. FRIEDER. SCHRÖTER. *Tr. de Banno ferino, th. 19.* FRIDERICVS PRÜCKMANNVS *Tr. de Venat.* *Alii ei, qui jus venandi habet*

cap. 8. n. 3. ibique alleg. Autor. KNIPSCHILD, *de Civit. Imperial. Lib. 2. cap. 7. n. 257.* HENRICUS NEVENHAHN *d. Jure Venandi,* apud ARUMÆUM *diſcurſ. Jur. Publ. Vol. 3. diſc. 19. th. 191. ſeqq.* ARNOLDUS *a* RAYGER *in Theſaur. Jur. vocab.* Venatio *num. II.* COTHMANN. *Conſil. 48. Vol. 3. n. 110. ſeqq.* & præcipue STRUUIUS *in Syntagm. J. Feud. c. 6. aph. 11. num. 3.* ubi ita: *Cui*, inquit, *Jus Venandi in ſylva aliqua competit, illi etiam fructus ſylvæ Venatoriæ, quibus feræ paſcuntur, tribuunt, ita, ut nemo illos fructus percipere e. g. glandem legere vel ad paſcendum adhibere* (Eichel-Maſt ſich gebrauchen) *poſſit, abſque conceſſione ejus, qui jus venandi habet*, addens, ita Anno 1645. ad requiſitionem Cancellar. & Conſiliariorum N. N. a Scabinis Hallenſibus judicatum fuiſſe, hiſce formalibus: Iſt in dem Erb-Pacto verſehen, daß N. N. das Amt N. als eine ſichere Hypothec und Unterpfandt inne haben, beſitzen und genieſſen ſollen. Dahero derſelben Vormündere unter ſolchen Nutzen

und

und Gebrauch auch die Eichel-Maſt zu ziehen vermeinen. Dieweiln aber N. bey ſolcher conſtituirten General-Hypothec und Gebrauch des Amts N. die hohe Landts-Fürſtl. Obrigkeit und was darvon dependiret, inſonderheit aber auch die **hohe Jagden, deren** connexum **und** deſcendens **die Maſtung iſt**, ſich ausdrücklich reſerviret und ausgezogen, auch überdieſes die Lands-Ordnung und angezogenen Herkommen und Gebrauch gemäß ꝛc. Als ſeynd auch dahero vorangezogene Vormündere ſolche Eichel-Maſt ſich anzumaſſen nicht befugt. V. R. W.

§. XXIII.

Quod ſi in argumenta, quibus ſuam hanc corroborari ſententiam exiſtimant, ſecundum *JCti* PAVLI monitum *in L. 1. pr. d. dol. mal. exc.* inquirimus, ficulnea admodum parumque ipſis ineſſe roboris, deprehenduntur. Ajunt nimirum, ideo glandes ſequi facultatem venandi, quoniam, ſi *Horum argumenta.*

 dene-

denegarentur, feris eſſet pereundum, &, quod ex eo ſequitur, venationis exitum ſecum traheret. Uterentur ſcilicet feræ iis ad ſui neceſſariam ſuſtentationem, atque niſi concederentur, brevi tempore fame interirent, necarenturque, *L. 4. ff. d. lib. agnoſc. L. 34. d. re judicat. c. 21. diſt. 86.* eoque ipſo jus venandi redderetur plane vanum & inutile. Jam vero certiſſimum eſſet axioma illud tritiſſimum, quod uno conceſſo, reliqua etiam data atque permiſſa intelligantur, ſine quibus illud commode obtineri nequeat, *L. 3. §. Qui habet. ff. de ſerv. præd. ruſt. L. 1. §. 1. ff. ſi uſusfr. pet.* Ergo nulla quoque dubitandi ratio ſupereſſet, quin Venatione, tanquam fine, conceſſa, jus etiam glandis legendæ, tanquam medium, omnino ſimul venatori ſit conceſſum.

§. XXIV.

Quæ refutantur. At enim vero, utut prima fronte probabilitatem aliquam præ ſe ferre hæc opinio videatur; minime tamen fundamento certo illam

illam eſſe ſuperſtructam, multoque minus juris analogiæ convenire, facili negotio demonſtratum dari poterit. Quod enim ad primam attinet rationem, illa prorſus eſt inſufficiens, tantumque abeſt, ut ullam, concludendi vim ipſi tribuamus, ut quotidiana potius experientia nos condoceat, etiam in fundis ſteriliſſimis, in quibus nulla glans vel alii fructus utiliores reperiuntur unquam, venationem nihilominus fieri ſolere, conf. RIVINI *Reſp. M. Aug. 1700. Germani Philoparchi* kluger Beamte iſter Th. *Tit. 34.* von der Forſteylichen Obrigkeit, Jagd- und Forſt-Recht, §. 14. *n. 6.* MINDANVS *in Tr. de Proceſſ. Lib. 2. c.* 41. §. 2. cujus heic verba apponere B. L. forte non erit ingratum. *Dicta*, inquit, *vel ſervitute aliqua conceſſa, etiam adminicula pertinentia conceſſa exiſtimantur, id de iis ſaltem intelligendum adminiculis vel utilitatibus & pertinentiis, ſine quibus omnino quis jure ſuo uti non poteſt, tex. expreſſ. & ſingularis in L. 1. in f. ff. ſi uſusfr. pet.* jungatur BRVNNEMANNVS *ad L. 2. n. ult.*

d. Jurisdict. Jam autem Venatio etiam fieri ſolet in fundo ſterilisſimo, ubi glans nulla & nulli fructus utiliores; Ergo propter ſolam venandi facultatem jus etiam glandis legendæ non ſtatim conficitur.

§. XXV.

Continuatur. Quod ſi vero ita eſſe fingere velimus, Jus glandes colligendi ex ea cauſa ſequi facultatem venandi, ne feras fame perire oporteat, neve per glandis lectionem fugentur, omnis ſane uſus & ſylvæ utilitas ejus proprietario omnimode auferretur. Nimirum hoc dato, iſtud indulgere neceſſe eſſet, quod ſylvæ paſcuæ conductor, fructuarius &c. imo ejus dominus nec pecudes in illam immittere valeant, nec ligna in eadem cædere auſerint, cum ſemper obtendi poſſet, fore, ut feræ beſtiæ etiam inde fugentur; id quod merito iniquiſſimum pronunciat laudatus MINDANUS *in cit. Tr. cap. 41. §. 2.* Jura ſiquidem noſtra ſemper ita ſubveniunt, ut alteri nulla inferatur injuria. Inferretur autem

tem ſylvæ Domino haud levis injuria, ſi ipſe in re ſua nimium arctaretur, notabiliter imminuta & inutili reddita ejus proprietate, §. *1. verſ. ne tam in univerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente uſufructu. Inſt. d. uſufr. L. 3. de uſ. & uſufr. leg.* MODESTIN. PISTOR. *Q. 106. princip.* ANDR. SCHÆFFER *Pract. Qq. part. 3. Q. 47. n. 36.* Accedit porro, ſi certa eſſet ſtaretque immota horum DD. ratio, & hoc incommodum, quod, ſi ob unius vel alterius anni magnam ſterilitatem indeque ortam frugum, hominum uſui principaliter inſervientium, penuriam, ferarum melior, quam hominum, quorum gratia tamen ipſa rerum natura omnes comparavit fructus, verbo JUSTINIANI *in* §. *37. J. d. R.D. & JCti* CAJI *in L. 28.* §. *1. d. uſur.* conditio eſſet dicenda, contra ea, quæ in ſimili optime conſiderat FRANCISC. MARIA PECHIUS *in Tr. d. ſervit. part. 3. c. 9. Q. 54. n. 15. 16. 17. & 18.*

§. XXVI.

§. XXVI.

Alii tribuunt domino ſylvæ.

Tandem ad ultimam DD. Claſſem tranſitum facio, ubi jus glandis legendæ *Domino ſylvæ* principaliter in dubio adſcribunt. Huc pertinet acutiſſimus ille JCtus G. G. TITIVS qui *in Jur. Priv. Rom. Germ. L. IIX. cap. 14. §. 22.* ita ſcribit: *Fructus ſylveſtres ad eum* (Venatorem intelligit) *ſpectare quidam cenſent, vid.* STRVV. *Synt. Jur. Feud. c. 6. §. 11. n. 3. ſed rectius illi proprietario tribuuntur; qui tamen in perceptione ita ſe gerere debet, ne feris alimenta neceſſaria ſubtrahantur* v. HARPPRECHT. *Reſp. Tubing. Vol. 4. n. 69.* Porro GEORG. MOHR *Tr. d. Jure Venandi &c. Part. 2. c. 3.* ibi: *Et tamen hic etiam obiter notandum, quod fructus ſylvæ venatoriæ, ſeu jus legendæ glandis in dubio ad Dominum ſylvæ ſpectet.* Ita quoque BEYERVS *Del. Jur. Feud. cap. 5. in not. N. ad poſ. 33.* pronunciat, quod ſc. ſub jure Venandi non comprehendatur, paſtio glandium die Eichel-Maſt, aliique fructus ſylveſtres, veluti

veluti poma ſylveſtria, Caſtaneæ &c. Wild-Obſt, eamque in rem adducit Reſponſ. Facult. Jurid. Vitemberg. ad Conſult. Senatus Quedlinburgenſis Menſe Novembr. 1687. dieweil aber dennoch die **Eichel-Maſt** bewährter Rechtslehrer Meynung nach zu **der Jagd-Gerechtigkeit eigentlich nicht gehöret, ſondern ordentlich dem Eigenthums Herrn des Gehöltzes zuſtehet ꝛc.** Eidem ſententiæ D. RIVINUM ſubſcribere, ex ipſius Reſponſ. ſatis luculenter elucet, qui M. Auguſt. 1700. interrogatus ita reſpondebat: Alleine es wird meines Erachtens in den Fällen, wo nicht ein anders ausdrücklich verglichen oder ſonſten hergebracht, der Eigenthums Herr die Gütigkeit und den guten Willen deſſen, welchem die Jagd-Gerechtigkeit zuſtehet, nicht erwarten dürffen, ſondern ihm vielmehr das, was nach nothdürftigem Unterhalt des Wildprets an Eicheln und andern Wald-Früchten vorhanden, zu adjudiciren ſeyn, cum fructus ejusmodi

ſint pars ſylvæ, ita ut ſine his penes Domi-
num inutilis fere remaneret proprietas. GAIL. *Lib. 2. Obſ. 68. n. 1.* GEORG. MOR. *de jure venandi. p. 2. c. 3. num. 23.* worzu kommt, daß die auf einen andern Grund und Boden zuſtändige Jagd-Gerechtigkeit pro ſervitute zu achten, CHRISTOPH. BESOLD. *Part. I. Conſ. 16. n. 48.* TABOR. *in Theſ.* BARBOSÆ *locuplet. Lib. 19. c. 5. ax. 4.* KÖPPEN *Deciſ. q. 57. n. 1. ibique alleg. DD.* Und alſo gleich andern Dienſtbarkeiten ſtrictiſſime anzunehmen, nec ultra id, quod proprie cujusque eſt, zu extendiren, DAV. MEVIUS *Part. 3. Deciſ. 36. n. 3.*

§. XXVII.

Continuatio. Nec minus Domini Scabini Lipſienſes eundem in modum, *jus ſc. glandis legendæ Domino ſylvæ adjudicandum eſſe*, M. Sept. 1692. pronunciarunt: Haben 2. Brüder Cajus und Sejus bey Theilung zweyer Ritter-Güther unter andern auch dahin, daß Cajo in einem zu Sejo Ritter-Guthe gehörigen Stücke

Digitized by Google

Stücke Holtz, die Hohen, Mittel, und Nieder-Jagden, zukommen ſolten, ſich verglichen, und es will Cajus anjetzo auch die Eicheln in gedachten Holtz ſich anmaſſen. Ob nun wohl die Eicheln zur Maſtung wilder Schweine gebraucht werden, alſo, daß ſolche demjenigen, ſo an dem Orte, da ſie wachſen, die Jagd-Gerechtigkeiten, folglich wilde Schweine zu fangen, zuſtehen, gehörig, es das Anſehen gewinnet, zumahl da demjenigen, welchem etwas nachgelaſſen, auch das verſtattet zu ſeyn erachtet wird, ohne welches die eingeräumte Gerechtigkeit nicht füglich erhalten werden kan. Dieweil aber dennoch Sejus das Eigenthum an dem ſtreitigen Stück Holtz behalten, Cajo hingegen mehr nicht als die bloſe Jagd-Gerechtigkeit darinnen überlaſſen, alſo dem Eigenthums-Herrn alle andere Nutzungen in ſolchem Gehöltze verblieben, die Jagden an ſich ſelbſt hingegen auch ohne Verſtattung des Maſt-Rechts wohl exerciret werden können, und weil dieſe Befugniß zuſammt der Jagd-Gerechtigkeit Cajo zugleich

nicht verſprochen, in Einräumung einer gewiſſen ſervitut auch die extenſion auf eine andere, welche an ſich ſelbſt von jener unterſchieden, nicht ſtatt findet, überdiß in gegenwärtigem Falle auch Cajus nicht alleine die bedürffende Eicheln zu denen in Seji zuſtändigen Holtze befindlichen wilden Schweinen, ſondern auch die Freyheit die Eicheln zu dem Ende zu leſen, daß er damit ſeine zahme Schweine mäſten, oder ſelbige an andere verkauffen könne, prätendiret; dieſemnach dieſe Nutzung dem Eigenthums-Herrn gäntzlich zu entziehen ſuchet, und dießfals reſiſtentiam juris wider ſich hat, in Betrachtung, daß **dieſes intendirte Recht mit der ihm verſtatteten Jagd - Gerechtigkeit nichts gemein hat;** So iſt Cajus die Eicheln-Maſt und Leſung der Eicheln in Seji Gehöltzen ſich anzumaſſen nicht befugt, ſondern es bleibt ſolches dem Sejo **als dem Eigenthums-Herrn** billig. V. R. W. Cui ejusdem tenoris accedit Reſponſ. F. J. Tubingenſ. M. Aug. 1701.

§. XXIIX.

§. XXVIII.

Huic ſententiæ porro adſtipulantur BOCERVS *Claſſ. V. diſp. 3. th. 29.* MINDANVS *cit. loc. Colleg. Jurid. Argentoratenſe* ad *Tit. ff. d. acq. rer. Dom. th. 19. n. 8.* GOTHOFR. CHRIST. LEISERVS *Tr. d. Præd. Lib. 2. cap. 16. num. 20. & Lib. 3. cap. 11. num. 63.* AVGVST. LEYSER. *Medit. ff. Specim. 441. medit. 12.* GAIL. *2. Obſ. 68. num. 1.* KLOCK. *d. ærar. Lib. 2. c. 2. n. 48. ibique in notis.* CHRISTOPH. PELLER, SPEIDELIVS *in Speculo. vocab.* Holtz. FRIDER. PRVCKMANNVS *Vol. 1. Conſ. 14. n. 175. ſeqq.* FRIEDERICVS MÜLLERVS *in Pract. Rer. Forenſ. Reſol. 102. n. 13.* PETRVS MVLLERVS *d. Venat. Precar. Corollar. 7.* KHRAISSER *in Jure Foreſti Rom. Bavar. art. 8. num. 1. 2.* REGNER. SIXTINVS *in Tr. de Regal. Lib. 2. cap. 18. n. 71.* JOH. GRYPHIANDER *Oeconom. Leg. Lib. 1. cap. 18. n. 17.* HEROLD. *Obſervat. Foreſt. Conſult. Deciſ. 14. n. 38.* Inſtar omnium vero eſt NOE MEVRER im Continuatur

Tr. vom Jagd-und Forſt-Recht *Part. 2. Tit.* Ob die Eicheln-Frucht ꝛc. qui ita egregie atque prolixe cauſam domini expoſuit, ut CHRISTOPH. PELLER ipſum *in not. ad.* KLOCKII *ærarium l. cit.* Domini Advocatum appellare non dubitaverit.

§. XXIX.

Diſpoſitio quadam. Huc quoque collineare videtur illa diſpoſitio, quæ immediatis Imperii Nobilibus ſingularis privilegii loco eſt indulta, & quam CREIDENMANN *in appendice Tractatus* von des teutſchen Adels Stand, Staat und Ehren *p. 27.* refert: daß niemand dieſelben an dem Geäckherig oder Gebrauch und Nieſung, verätzung, verleihung der Wald-Früchten, Eicheln, Bucheln und allen wilden Obſt in **ihren Heyden und Gehöltzen** beſchweren ſolle, ꝛc. Cui fere conſentaneæ ſunt Ordinationes Foreſtales §. 18. ſupra a nobis allegatæ.

§. XXX.

Horum argumenta re- Et ſane, quando horum DD. doctrina, cui & nos aſſentimur, æqua penſitatur lance, tutio-

tutioribus admodum principiis illa ſuperimpoſita, jiriſque analogiæ haut quaquam refragari, deprehenditur. Nimirum, præter rationes a me §. II. jam occupatas, & hanc quoque ſuperaddunt, quod glandes & ſimiles fructus partem ſylvæ conſtituant, ut in puncto de illis diſſerit BOCERUS *Claſſ. V. diſp. III. th. XXIX.* GAILIUS *Lib. II. Obſ. LXVIII. num. 1.*, tralatitium vero ſit, omne illud, quod juris eſt in toto, etiam juris in qualibet illius parte eſſe debere per *L. 76. ff. d. Judic. L. 27. §. 8. d. pact. L. 148. d. diverſ. Reg. Jur. L. 25. d. uſur. L. 76. de R. V.* GOSWINUS *ab* ESBACH *in addit. ad Carpzov. part. 3. Conſtit. 13. d. 6.* *cenſentur & approbantur.*

§. XXXI.

Aſt circa hanc ultimam rationem dubitatio aliqua ſuboriri poſſet! num ſc. glandes caducæ ejusdem ſint juris ac pendentes, quoniam in *L. 44. ff. d. R. V.* hæ tantum pro parte ſylvæ habentur. Veruntamen, cum exploratum ſit atque a nemine negari *Jus Gland. Leg. in caducis & non caducis locum invenit.*

queat,

queat, quod glandes decuſſæ vel ſponte prolapſæ ſint verus & naturalis ſylveſtrium arborum proventus, ſeu fructus, in quibus non modica ipſius ſylvæ domini utilitas, GOTHOF. CHRIST. LEISERUS *in Tr. de Prædiis* von Land-Güthern *Lib. 3. cap. 2. num. 63.* GEORG. MOR *d. Jur. Venandi Part. 2. cap. 3. num. 23.* KLOCK. *d. ærario* Lib. 2. *cap.* 2. *n.* 47. inter ea vero, quæ jure Naturali vi & poteſtate rei noſtræ acquirimus, vel maxime ſint fructus ex illa pronati, H. KÖHLERI *Exercit. Jur. Nat. VII.* §. *1521.* & præterea omnis fructus jure ſoli percipiatur, L. *25. pr. ff. d. uſufr.* L. *2.* L. *6. de A. R. D.* L. 11. *C. d. R. V.* meumque indubie ſit, quod ex re mea ſupereſt, *L. 49.* §. 1. *ff. d. R. V.* BOCERUS. *loc. cit.* Hinc ejusdem juris rationi convenire exiſtimandum eſt, glandes, etiamſi decuſſæ fuerint vel ſponte prolapſæ, nihilo ſecius ſylvæ domini permanere, BRUNNEMANN. *ad* L. 44. *ff. d. R. V.* conſequenter jus illud glandes legendi tam in caducis, quam non caducis de jure locum invenire. Regulariter

Digitized by Google

ter tamen in caducis tantum conſiſtit. conf. WEHNERVS *in obſ. Pract.* Lit. *W.* *voc.* Wild-Obſt. qui, in quibusdam locis uſu receptum eſſe, teſtatur, quod nec in proprio fundo glandes aliter, quam caducas & in terra jacentes colligere liceat, idque corroborat teſtimonio GYLAND. *deciſ. 38. L. 2. n.* 10. *fol.* 373. & BESOLD. *Theſ. pract. h. verb.* Geäcker, wild Obſt ꝛc.

§. XXXII.

Quum dominium ſylvæ tam in veras quam fictas perſonas cadat, extra omnem dubitationis aleam rem collocatam jam eſſe arbitror, quod & civitas, communitas & quæcunque alia perſonarum univerſitas, hoc glandis legendæ jure gaudere poſſit; quam ſententiam SEB. KHRAISSERO *in Jur. Foreſt. Rom. Bavar. art. 8. n.* 1. 2. & laudato NOE MEVRERO *in Tr.* von Jagd- und Forſt-Recht. *Tit.* Ob die Eicheln ꝛc. cujus hanc in rem judicium egregie cordatum pariter atque certiſſimum eſt, probatam cernimus. Im-

Univerſitates etiam J. G. L. gaudent.

E pro-

probanda igitur ſunt injuſta non nunquam Venationum præfectorum vel miniſtrorum attentata, ſi quando absque legitima cauſa communitates vel privatas perſonas in ſylvis propriis a jure legendi glandem, illiusque uſu excludere allaborant: Ubi tamen merito caſum excipimus, ſi ex vetuſta loci conſuetudine, jus ipſis competat, fructus ſylveſtres ſibi ſolis vindicandi, aliisque vendendi, qualem recenſet duramque appellitat AHASVERVS FRITSCH. *d. Peccat. Venator. concluſ. X.* Hoc breviter adhuc circa communitatum ſylvas notatum volumus, quod earum uſus, & quæ ſub eo continetur, glandem legendi facultas, non indiſtincte ſemper ad ſingulos ex univerſitate ſpectet, ſed tum demum, ſi proprie ſunt *res univerſitatis, arg. L. 14. ff. d. A. R. D.* L. *6. §. 1. ff. d. R. Div.* Aliter enim plane ſe res habet, ſi ad *patrimonium univerſitatis* referuntur, quoniam tunc uſus ad populum collective ſumtum pertinet & ab illius adminiſtratoribus, ad ſumtus publicos inde erogandos, percipitur.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Gailium Venatoris cauſam non agere, oſtenditur.

Ceterum hoc loco facere non poſſumus, quin curſim admoneamus, omni prorſus veritatis fundamento eorum eſſe deſtitutam ſententiam, qui ANDREAM GAILIVM Venatori patrocinari arbitrantur. Et in hac quidem opinione fuerunt WEHNERVS, KNIPSCHILDIVS, STRVVIVS, aliique, apud quos, pro ſtabilienda contraria ſententia, illum citatum invenies. Tantum vero abeſt, ut GAILIVS jus glandem legendi Venatori attribuendum eſſe crediderit, ut expreſſis potius atque diſertis verbis ſtatim in principio, ſæpe *cit. Obſ. 68. n.* 1. ceu regulam ponat, *jus glandes legendi in dubio ad ſylvæ dominum ſpectare*, loco declarationis autem dictæ regulæ hæc modo *n. 3.* ſubjungat verba: *Plerumque vero inutiles & viles fructus ſylveſtres ſylvæ ſervienti pro uſu & alimentis ferarum debentur, quia regulariter uno conceſſo & reliqua conceſſa intelliguntur, ſine quibus commode illud explicari nequit.* Ex quibus profecto ſatis manifeſte, ſi

quid cernimus, adparet, quod minime gentium glandes heic in mente habuerit alioſque fructus ſylveſtres utiliores. Quis enim tam iniquus rerum eſſet æſtimator, qui glandem caducam, cujus unius ſæpe anni reditus ad multa millia ſe extendit, *vid.* SPRENGER *in Stat. Imper. delin. p. m. 375.* KLOCK. *d. ærar.* L. *2. c. 2. n. 47.* (*ubi de Haſſiaca quadam ſylva*, Reinhardts-Wald, ex C. DIETERICO *refert, quod, ſi glandis copia ſuppetat, annuatim 20000. ſuibus ſaginandis ſufficiat & lucrum inde proveniens ad 30000. floren. ſummam aſcendat*) fructum vilem & inutilem eſſe diceret! Ut omittam, quod noviſſime ex ipſo GAILIO, FRIED. MVLLERVS *cit. reſol. 102. n. 13. item* SPEIDELIVS *in Spec. vocab.* Holtz und Waldung. CASP. KLOCKIVS *d. ærar. l. cit. &* REGN. SIXTINVS *in Tr. de Regal. Lib. 2. c. 18. n. 71. ſeqq.* aliique DD. noſtram ſententiam corroborare eandemque probatam dare allaboraverint. Fac autem, (ut alia omnia nunc mittamus) quod GAILIVS loco memorato glandes intelligat, tamen nihil patro-

patrocinii hac in propoſitione DD. diſſentientes invenient, quoniam hoc ipſum non de jure, ſed ex conſuetudine (de qua non diſputamus) fieri ſolere pronunciat.

§. XXXIV.

Cui errori Vitioſa quædam Editiones anſam forte dederunt.

Heic tamen, quod aliis vel neglectum penitus, vel minus intellectum eſſe videmus, annotaſſe juvabit, quod vitioſæ atque corruptæ quædam GAILII Editiones *in 4to* quæ Coloniæ 1601. & 1616. &c. prodierunt, occaſionem forſitan præbuerint, ut non nulli DD. per errorem ſibi in animum inducerent, ac ſi GAILIUS omnino *loc. cit.* de glandibus locutus fuiſſet. Verba nimirum *Inutiles* & *Viles* in illis, tum contra nativam contextus & tractationis ſignificantiam cum & omnium aliarum Editionum fidem, perverſe in hunc valde ſiniſtrum & a mente GAILII longe alienum ſenſum, in *Utiles* & *Inutiles* immutata inveniuntur. Qui graviſſimus error in erroneam ſententiam, quod ceſſantibus pactis, vetuſta conſuetudine &c.

fructus ſylveſtres utiles & inutiles pro uſu & alimentis ferarum ex mente GAILII Venatori debeantur, traxiſſe videtur ARNOLDUM *a* RAYGER *in Theſ. Jur. vocab.* Venatio. *num. 2. &* STRYCKIUM *in Uſ. Modern. ff. Lib. 43. Tit. 28. p. m. 366.*

§. XXXV.

Quo modo J. G. L. quis uti debeat.

Verum mihi ex diverticulo redeundum monſtrandumque nunc eſt, quo modo proprietarius jure glandis legendæ uti debeat? Et in eo plerique DD. conveniunt, quod, quemadmodum ſylvæ dominus in propria ſylva, in qua jus venandi ad alium ſpectat, ad proprium quidem uſum, imo etiam ad vendendum ligna cædere poſſit, hoc autem jus moderate & civiliter exercere debeat, ita ſcilicet, ut in magna copia arbores cædere vel ſylvam plane, in præjudicium jus venandi & foreſti habentis, excidere ei non liceat, *arg. L. 10, 11. & 12. ff. d. uſufr.* WEHNER. *l. cit.* BESOLD. *Th. Pr. voc.* Forſt. *verſ.* das unziemliche. ANDR. KNICHEN *d. Veſtitur. pact.*

part.

Digitized by Google

part. 2. cap. 2. n. 8. ſeqq. CREIDEMANN von des teutſchen Adels Stand, Staat und Ehren. *Q. 4. p. 41.* MYLER *in Gamolog. Cap. XI. n. 5.* J. HARPPRECHT *ad* §. *12. & 13. n. 280. ſeq. Inſt. d. R. D.* ita quoque proprietarium jure legendi glandem eodem modo uti oporteat, ut ſc. non omnes fructus, ſed qui ſalvo ferarum neceſſario victu reliqui manent, in ſuos uſus convertat, atque, ut FRIEDERVS *Lib. 2. cap. 41. num. 3.* loquitur, in colligendis glandibus ita ſe gerat, ne vel ad æmulationem legat, vel jus venandi plane corrumpat. Cui quidem ſententiæ eo lubentius noſtrum præbemus aſſenſum, quo magis illa naturali convenire videtur æquitati, jurisque civilis analogiæ. Ita nimirum neque venator neque foreſti neque ſylvæ dominus in exercitio juris ſibi competentis turbantur, ſed omnes in univerſum jura ſua ſalva ſartaque retinent.

§. XXXVI.

Quæ cum ita ſint, ſine ullo, ut opinor, negotio, jam definiri poteſt, Cui nam in dubio *Cui nam Jus ſaginandi competat.*

dubio

dubio ſaginandi facultas das Maſtungs-Recht ſit deferenda? Cum enim glandium conſumtionem illa involvat, ad eum neceſſario ſpectabit, cujus in dominio glandes eſſe dicuntur; Jam vero de domino ſylvæ certum hoc eſt atque exploratum (§. 11.) Ergo eidem quoque omni procul dubio illa relinquenda erit.

§. XXXVII.

In quantum Jus hoc ſaginandi conceſſum ſit.

Neque majori difficultati obnoxia eſt deciſio quæſtionis: *Utrum conceſſio juris ſaginandi ſimpliciter a quopiam facta, ad caſum tantummodo ubertatis glandium* (der vollen Maſt) *ſit reſtringenda, an vero ad eum quoque caſum extendenda, ſi glandium copia non adſit?* (wenn nur halbe oder Spreng-Maſt iſt) Nimirum, cum fructus ſylveſtres in uſum ferarum præcipue ſint conditi, *Exod. 23. v. 11.* HARPPRECHT *ad §. 12. & 13. J. d. R. D. n. 278. & 279.* earum profecto ratio ſemper haberi debet, eoque reſpiciendum, ne ipſis neceſſaria pabula temere auferan-

ſerantur, quod certe fieret, ſi eo tempore ſues in ſylvam immitterentur, quando exigua glandium copia adeſſet. Deinde, ſive dixeris, jus ſaginandi in cauſa præſenti ſervitutem eſſe, uti ſupra §. *13.* indicatum ivimus; ſive cum laudato HEROLD. ad regalia illud pertinere affirmaveris, *Obſervat. Foreſt. Conſult. Deciſ. XIV.* in utroque ſane caſu, communi DD. ſuffragio, ſtrictiſſima ſemper locum inveniet interpretatio, MEV. *P. 3. Deciſ. 36. n. 3. in not.* BRUNNEMANN. *ad L. 3. ff. d. Conſtit. Princip.* &, quod luculentiſſime exinde percipitur, ad caſum modo ubertatis glandium (der vollen Maſt) illa conceſſio ex juris & æquitatis ratione omnino reſtringenda erit. Quam ſententiam uſu fori comprobatam eſſe ex HEROLD. l. c. diſcimus, qui, ad illius normam, in cauſa des Churfürſtl. Brandenburgl. Cammer-Conſulenten, Chriſtoph Frieſens, an einem, des Raths und der Stadt Aacken am andern Theil 1699. d. 8. Jul. pronunciatum, eamque deciſionem a S. E. Brandenb. per Reſcriptum ſpeciale de dato Cölln d. 25. Nov. 1699. confirmatam fuiſſe, ibidem commemorat.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Ex conſuetudine tamen Dominus ſylva nonnunquam a J. G. L. excluditur.

Quod reliquum eſt, nequaquam in eo ſumus, ut, ſylvæ dominum, a jure, cum glandes tum & alios ſimiles fructus ſylveſtres decutiendi & legendi, ex locorum conſuetudine vel alio modo excludi poſſe, dubitaremus. Quotidiana etenim experientia edocemur, & multorum præterea Doctorum teſtimoniis ſatis luculenter demonſtrari poteſt, quod nonnullis in locis Venatori, in aliis contra foreſti jura exercenti, illa relinquatur facultas, cf. WEHNERUS *l. cit.* CASPAR. KLOCK. *l. cit. in verbis:* modo conventio &c. JACOB. SPEIDELIUS *in Spec. voc.* Holtz. in ſpecie FRIED. MULLERUS *cit. Reſol. 2. n.* 14. Quibus paria, confidenter ſatis, de hac ipſa conſuetudine adſtruit *Anonymus* quidam JCtus apud BESOLD. *Vol. 1. Conſ. 3. Tit. 4. cap. 4.* §. das wild Obſt. *num. 8.* ubi ſcribit: das wild Obſt und Geäcker iſt in dubio auch denen Forſt-Rechten anhängig, ſecundum *Papienſem &c.* Es bedarf aber dieſer punct des Geäckers halber um ſo viel weniger weitläufftige Ausführung, weil die Herren Kayſerl. ſubdelegirte

Commiſ-

Commiſſarii nicht allein wohl wiſſen, was dies Orts im Hertzogthum Würtemberg und gemeiniglich in Schwaben gebräuchlich, ſondern auch dieſe lange Zeit her gar wohl erfahren haben werden, daß im Stift Augſpurg, in Bayern und allenthalben herum öffentlich bewuſten gemeinen Gebrauch nach das Geäcker dem Forſt-Recht gehörig und anhängig iſt, ꝛc. ꝛc.

§. XXXIX.

Egregie tamen falluntur, mihique admodum cœcutire videntur, qui hanc conſuetudinem certam eamque in tota Germania Univerſalem vel majori ejus parte receptam ex GAILIO præcipue & PETRO FRIEDERO cogere elaborant. Hic enim fructus ſylveſtres ad eum, cui jus venandi competit, tum demum pertinere affirmat, *ſi hoc ita certum vel conſuetudine introductum eſſet*, *d. cap. 41. n. 2.* GAILIVS vero *l. cit.* inquit, quod in hac quæſtione, ante omnia *pacta*, & his deficientibus *id quod longiſſimo tempore* obſervatum, vel quid legitima præſcriptione acquiſitum vel poſſeſſum, inſpici

Hanc tamen conſuetudinem Univerſalem eſſe, ex Gailio & P. Fridero probari nequit.

debeat! plerumque tamen *inutiles & viles* fructus ſylveſtres ſylvæ ſervienti pro uſu & alimentis ferarum deberi. Ex quibus, certe, dictis, conſuetudinis iſtius prætenſa univerſalitas nullo unquam modo poterit evicta dari, multoque minus, ut ſupra §. 33. & 34. jam diximus, probari, quod GAILIUS de glande in ſpecie ſic dicta heic locutus fuerit. Quod ſi tamen aliqua ex verborum, quibus utitur, conceptione, confici poſſet conſuetudo, illa profecto viles tantum atque inutiles ſylveſtres fructus ex mente ipſius comprehenderet, minime autem eos, de quibus in præſenti mota eſt controverſia.

§. XL.

Quid circa arborum in confinio poſitarum fructus &c. juſtum ſit.

Supereſt adhuc ut, *ob materiæ affinitatem*, quid circa arborum in confinio poſitarum fructus, eorundemque legendi facultatem juſtum ſit, pauciſſimis tantum exponamus. Et hac quidem in re LL. Romanas a Jure Germanico curate ſecernendas eſſe, vel inde pateſcit, quod circa arborum dominium non eadem, ſed plane diverſa foveant principia. Romani ſc. ex radicibus

illud

illud æſtimabant. §. 31. I
que fructus eorumque
ſcribebant, cujus in fun
egerant. Moribus ve
omnino res comparata
non ex radicibus, ſed ſti
in fundum noſtrum ve
dentibus, determinari, e
tationis aleam poſitum e
3. C. 32. D. 25. STRYCK.
43. tit. 28. HUBER. *prælect.*
Huc referas *Text. expreſſ.* im Weichbild *art.* 126. Wo auch ein Baum zwiſchen 2. Reinen ſtehet, und breitet die Zelgen in eines andern Mannes Hof, der Herr mag ihn wohl verhauen (ob er will) und hänget Obſt in ſeinen Hof, das iſt zu recht ſein. Idem fere involvere videtur LandR. *L. 2. art. 52.* quod diſertis verbis confirmat Reſponſum Scabinorum Lipſienſ. qui, *teſte* CARPZOV. *l. cit.* in cauſa PETRI Ferbers zu Lommatzſch *M. Dec. Anno 1630.* ita pronunciarunt. Stehen in eurem Garten etliche Obſt-Bäume hart an dem Zaune, alſo, daß die Zweige in

eures

… Garten hangen, und wann … ſchüttelt, die Früchte von … des Nachbars Garten … verbleiben ſolche Früchte nach … Nachbar billig, und ihr … Garten aufzuleſen und … befugt. V. R. W. Cu- … rationem in eo nonnulli … rem tanquam fundi ac- …, ipſumque adeo & quicquid in eo eſt, illius in dominio eſſe affirment, qui fundi proprietate gauderet.

§. XLI.

Quænam actiones ex hoc jure competant?

Ultimo tandem loco, *quænam ex hoc jure actiones reſultent?* indagandum erit breviſſimis. Et indubitatum plane ex ſuperioribus eſſe credo, quod a ſervitutis indole neutiquam Jus glandes legendi recedat, adeoque easdem, quæ ſervitutum occaſione nobis ſunt comparatæ, actiones, *Confeſſorias* nimirum & *Negatorias*, producat. arg. L. 2. L. 10. §. 1. ff. S. S. V. §. 2. d. Act. Nec minus dubium eſt, quin pro diverſitate circumſtantiarum *interdicta* quoque hic locum ſibi vindicare queant. arg. L. 8 §. 5. S. S. V. Plura ob temporis ſpatiique rationem, adjicere nunc non vacat. Sufficiant igitur hæc, quæ fugitivo plane calamo ſcripta ſunt, cathedrariæ velitationi. Si forte, B. L. ob ingenii imbecillitatem qua in re lapſum me videris, memor rogo ſis, Sacratiſſ. Princip. eſtati, qui, in Conſtitut. d. Confirm. Dig. ad Senat. §. 14 *Nemo*, inquit *hoc vituperandum exiſtimet, ſed imbecillitati humanæ, quæ naturaliter ineſt, inſcribat, quia omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quam mortalitatis eſt.*

S. D. G.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google